



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Renuntiatio, Seu Permutatio, Sive Resignatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

Decimo sexto, si opponatur subreptio, vel subreptio reascripti, quis teneatur probare, impetrans, vel recipiens? Vide Anchar. in cap. exceptionis, numero, 7. ver. 4. de lit. contest. libro 6.

Decimo septimo, utrum in citatione facta à delegato debeat interi originale reascripti, vel tenor, & an si secus fiat, processus sit nullus, & sententia nulla? Vide l. sancimus, C. de divers. rescript. & Vinc. de Anna, in alleg. 24. I. vol. & vide superius in ver. delegatus, §. 4.

Decimo octavo, quid si impetro reascriptum contra Rectorem alicuius Ecclesiae, & ante quam citetur, moriatur, nunquid successor possit per illum conveniri? responderetur quod non: Host. in Summ. hoc titulo num. 21. Ratio est, quia res est integra.

Decimonono, contra reascriptum quot modis possit excipi, vide Hostiens. loco citato, numero 30. ubi ponit nonaginta & unam exceptiones, quas videat pro practica quotidiana, & tit. de crim. falso, §. porro, num. 3.

Vigefimo, an, & quando reascriptum impetratum contra aliquem, & moriens eo, possit agi contra hæredes illius, vel universales, vel particulares, vel successores illi in dignitatem, vide, & distinguere cum Cap. Tolos. quæst. 265. & ibi additio.

RES INTEGRA.

Res integra quando dicatur in judiciis, & quando in negotiis: vide Abb. in Clemens procuratorem, numero 2. de procur.

& hæc faciunt prodicis, in versiculo de legatis, num. 2. & res integra dicitur, quando non est ad effectum demandata, licet super ea sint facta actus aliqui. Gig. in cap. ubi periculum, §. sanè, notab. 2. de elect. libro 6. sed Abb. loco citato, dicit, quod res integra in judiciis dicitur ante item contentatam, in negotiis, antequam fiat præparamenta ad negotium promovendum. Sed Gem. in cap. quavis, vers. in fine gloss. hic, de offic. deleg. libro 6. dicit per citationem, vel quemcumque actum præviuum citationi facultum à judge in causa, 'Gloss. ibi in vers. usus. & Philip. Franc. per citationem, vel etiam si præsentibus ambabus partibus, ibi facit aliquem actum, puta, recipit reascriptum, facit præsentationem, & Notarius facit aperturam processus, idem ibidem, vers. videtur difficultas.)

RENUNTIATIO, SEI PERMUTATIO, SIVE RESIGNATIO.

SUMMA RIVM.

1. An resignatio beneficij possit fieri coram locorum Ordinariis.
2. Quibus casibus concurrentibus.
3. Qua servanda in dicta resignatione.
4. Coram quibus fieri possit.
5. An qui habet solam signaturam seu superlicationem, possit resignare.
6. An qui permutaverit beneficium suum cum aliquo, qui asserebat beneficium valere centum & postea reperit non tantum valere, possit repetere & si per multis annos exegere bona fide, peccet labe si- monita?

Ddd 2

7. 476

7. An possit permutari beneficium juris pa-
tronatus absque consensu patroni.
8. Renuntiatio, seu permutare alicui bene-
ficium cum pacto, ut ille suis expensis
expedit utrasque Bullas, an incurra-
tur simonia.

Ad primum, resignatio beneficio-
rum fieri non potest coram locorum
Ordinariis: Bulla Pii V. 42. fol. 99 2. nisi
cum quibusdam circumstantiis Bullæ e-
jusdem, quæ est 58. fol. 1014.

Ad secundum. Prima, est inhabili-
tas. Secunda, privatio. Tertia pluralitas
beneficiorum. Quarta, valetudo seu in-
firmitas. Quinta, senectus. Sexta, inimi-
citia. Septima, ingressus Monasterii seu
Religionis. Octava, contractus matri-
monii, & quibusdam aliis, prout ibi, &
sic patet ad secundum, vide alias cau-
sas in Rebuff. *in pract. benef. tit. de resign.*
c. par. Et cond. num. 2. quas tangit Host.
in Summ. hoc titulo §. cui sit, num. 8. sed
dubium est, an datâ aliquâ hatum cir-
cumstantiarum, possit quis resignare
beneficium in favorem certæ personæ?
Et videtur quod non, quia Bulla solùm
admittit resignations ex causis: ergo
stante causa, non admittitur intuitu ali-
cuius, sed simpliciter. Respondetur pri-
mò, istam videri prima face Sum. Pont.
intentionem, ut fiat præcisè, & absolu-
te, & non respectu alicuius. Secundò,
quod resignatio facta cum pacto ut con-
feratur certæ personæ, non valet gloss.
in cap. ordinationes, 1. quest. 1. gloss. in ca.
ex parte, il. 1. in vers. omnino, de offic. deleg.
& ibi Abb. num. 4. Gom. in quest. 16.
colum. 3. ver. postremò, detrieni. poss. ubi
dicit, sapere la bém simoniæ, si ita fieret,

tamen Staph. *de lit. grat.* fol. 118. num. 7.
dicit, posse fieri, quod probat multis ra-
tionibus, & ita ego censerem, quia quod
habeo in animo, possum verbis explicare,
cum verba explicitent conceptum ani-
mi, Arist. *in libro 1. Perib. text. 2. Nav.*
o. 23. num. 107. ver. ad nonum. notab. 1.
Et 2. hoc etiam tenet Covar. libro 1. ca.
5. num. 5. var. resol. Præterea, quia in
permutatione permutans potest deducere
in pactum, ut conferatur huic, vel
illi, & licet non exprimat, satis est, quod
constet ex conjecturis, gloss. in Clem. u-
nica. in ver. ex causa, de rer. perm. & hoc
ampliatur, quod non succedente provi-
sione, secundum intentionem permu-
tantis, liceret utrique redire ad sua be-
neficia propria auctoritate, si non fue-
rint interim occupata, si vero ita, tunc
opus est nova collatione, c. penult. de rer.
perm. ita Staph. loco citato, fol. 112. nn.
13. Et 14. decis. Rotæ. derer. permus. in
noviss. Selva. tractat. de benef. 3. p. questio
6. 4. num. 3. Gom. questio 2. 4. col. 2. de trien.
poss. Rebuff. pract. benef. tit. de perm. n.
12. & infra, sed an his permutationibus
sit locus, l. 2. de rescind. vend. si aderit de-
ceptio citra, vel citra dimidium, vide
Covar. loco citato, num. 3. & quia solent
fieri simulatas, & fraudulentæ beneficio-
rum permutations, huic morbo pro-
vidit Pius IV. Bulla 144. quæ incipit, San-
ctissimus, & Pius V. Bull. 58. quæ incipit,
Quanta Ecclesia.

Ad tertium, ultra Reg. Caneel. *de pu-*
blic resign. Greg. XIII. Bulla sua 27. folio
1324. statuit, quod in omnibus resigna-
tionibus, permutationib², gratiis expe-
ctativis beneficiorū Eccl. etiā Commen-
darum,



RENUNTIATIO, SEU PERMUTATIO, SIVE RESIGNATIO. 397.

darum, & jurium, debeant fieri publications in Eccl. Cath. & Parochiali, intra ejus ambitum continetur beneficium resignatum, intra sex menses, si resignatio, seu permutatio facta sit coram Pontifice, si verò coram Ordinario, infra tres menses à die concessionis gratiæ computandos, & obligat etiam sacrae Romanæ Ecclesiæ Cardinales sub pena amissionis illius beneficii, & inhabilitationis ad illud habendum, quodocunque, & servatis his, si beneficia sic resignata impetrata erunt à sede Apostolica, remaneant vacantia, etiam reservata eidem, si vero ab Ordinariis similiter, vide Bullam in fonte, quia pulchra dicit, & hodie est in virtudi observantia, & ita vidi practicari in duobus casibus, in quibus Papa noluit concedere (perinde valere) ut prius concedere solebat, & quas ob causas istæ deauntiationes, seu publications debeant fieri, vide Gom. in qu. 9. In reg. de pub. resign. & Bulla Pii IV. quæ est 13. Et incipit, Sanctissimus, & Nav. cens. 7. de renunciat. dicit, quod publicationis omissione resignatione annihilat, nisi justo impedimento detentus omiserit.

Primum dubium, an hodie sit etiam ablata beneficiorum permutatio coram Ordinario per dictam Bullam, & videatur quod non: nam potest esse senex, qui propter inhabilitatem vellet permute Ecclesiam Parochialem cum beneficio simplici: ratio est, quia huic, & non illi possit deservire, & hoc admittit Bulla, & habetur in Clem. cit. modò absit fraus, quia Bulla admittit beneficiorum permutations iuxta Canonicas sanctiones, cap. quæstum, de rer. permut. Et cap.

unico, eod. tit. libro 6. Staph. de lit. grat. fol. 118. à num. 7. Et infra. Innoc. VIII. Bull. sua 12. Pius IV. Bulla sua 163. Pius V. Bul. sua 58. Reb. loco cit. num. 4. & sic ego obtinui in facto, & consultum fuit ab Urbe die 21. Ianuarii, 1589. Beneventi, & in permutationibus istis non habet locum, cap. 2. de concess. præb. Et cap. licet, de suppl. negl. prelat. quia ad conferenda beneficia permutata non est præfixum tempus, Selv. tract. de benef. 3. p. 9. 6. 4. Navar. consil. 15. num. 2. tit. de reb. Eccles. non alien.

Secundum dubium, an si aliquis permutasset, sive resignasset in manibus sui Ordinarii tunc Romæ commorantis, possit Ordinarius ille conferre illud beneficium ei, in cuius favorem resignatum est, vel alii, cui ipsi Ordinario placuerit, Rota in dec. 1. de rer. permut. in noviss. num. 5. dicit, quod non solum Papa: idem Col. 3. c. 20. num. 9. var. resol. Staph. de lit. grat. fol. 119. num. 12. Abb. in Clem. 1. in fin. utilite pen. sed cautela est, ut Ordinarius exeat ab Urbe, quando vult resignaciones dictas recipere, prout dixi in ver. benef. §. 10. sed Gemin. in cap. si Abbatem, vers. Et nota bene istam Gloss. de elect. libro 6. dicit, quod Episcopus extra suam diocesim existens, non potest recipere resignationem beneficij sui subditi, quia est jurisdictionis contentiose, se i ego hoc non intelligerem, quando contentiouse procederent: secus vero non.

Tertium animadvertisendum, quod quando quis resignat beneficium, vel simpliciter, vel in favorem certæ personæ, talis resignatio non debet admitti cum aliqua circumstantia dictæ Bullæ, nisi prius constiterit, quod ipse resignans

Ddd 3 habeat

habeat aliundè , quo vivere commodè possit, ita Bulla citata, & Concil. Trident. sess. 21. cap. 2. de reform. quod etiam extendit ad patrimonium , & pensionem , ad cuius titulum quis promotus fuerit: illud n. non potest alienari , nec illa remitti , vel extinguiri sine licentia Episcopi , donec beneficium ecclesiasticum sufficiens ille fuerit adeptus , vel possit aliunde commodè vivere, Conc. loc. cit. in ultim. & Sylvest. in ver. Clericus, § 4. n. 9. §. 13. vel nisi sequuta professione in aliqua Religione approbata. Con. Trid. sess. 25. capit. 16. de reform. cap. ad supplicationem , de resignat. seu renuntiation. Hostiens. loco cit. §. si eius effectus , & si Ordinarius admittit resignationem factam ab aliquo , qui nihil aliud , præter id beneficium habebat , unde commodè se sustentare posset , tenetur eum aleare , nec potest eidem beneficium id resignatum restituere , sed debet in eo institui ille , qui præsentatus fuità patrono , ita censuit Sac. Congregat. decl. 315. cuius sunt verba prædicta , & licet loquatur in beneficio juris patronatus , tamen ita censendum est in beneficio collativo , quia non datur pœnitentia in hoc , nisi re integræ , ut patet ex dictis inferius , §. Octavo.

Quartum dubium , an obtinetur beneficium per resignationem , vel eam permutationis , teneatur docere de titulo lui prædecessoris : Videtur quod sic , quia subrogatus in jus alterius , tenetur justificare ius illius , Bellamera decif. 216. & Boer. decif. 290. tamen oppositum est verius , quod solùm tenetur docere prædecessorem suum fuisse tentum , &

reputatum pro Rectore illius Ecclesie , decis. Rota 109. incipiente: Agente , & possidente , Bellam. decis. 545. inchoante. Non obstantibus conclusionibus , & Lap. alleg. 86. Boer. decis. 42. num. 30.

Quintum dubium , permutationes beneficiorum debent fieri propter necessitatem , & utilitatem uniuscuiusque Ecclesie , cap. quæsum , de rerum permut. Boer. decis. 205. num. 7. & an in permutatione iuris patronatus requiratur consensus patroni , vide in ver. ius patronatus , §. 8.

Sextum , accusatus potest resignare beneficium , antequam conclusum sit in causa , Boer. decis. 2. & decis. 205. & seq. etiam si per illam accusationem ad merita causæ venisset privandus illo beneficio , secus vero si post conclusum , Boer. decis. 2. & 205. & 206. & Sac. Congreg. decl. 262. in meis , censuit in hæc verba: Si resignatio parochialis verè fuit Roma expedita , antequam Ordinarius resignantem sit ac beneficio dictæ parochialis privaret eadem die , resignatio debet suum sortiri effectum , nec Ordinarius potest eam infringere . nec illi Ecclesia pensionem imponere , immo homicidia potest ante sententiam privationis resignare beneficium , cum non antea sit privatus , cap. fraternitat. de cler. excomm. min. Rebuff. de mod. amit. ben. num. 50.

Septimum. Resignatio cum reservatione pensionis , solùm à Papa potest admitti. Felin. in cap. audiencem , de rescript. Boer. decis. 2. num. 45.

Octavum , Resignans potest pœnitire antequam sit alteri facta collatio , & maximè quando inconsultè resignatur , & Episcopus tenetur ei restituere , si potest,

test. Boer. decis. 350. num. 5. & hoc re integra. Hostiens. in Summ. hoc titulo §. quis renunciare, num. 6. in principio. vel quando est publicata, quia tunc non valet. Caputq. dec. 80. par. 3. Gemin. in c. 2. ver. quod si clericus de renun. libro 6.

Nonum, renuncians beneficio, etiam non in manibus superioris, non potest repetere Ecclesiam, quia eti inutilis sit renunciatio, tamen obtinet vim pacti, sive inutilis accepti lationis, l. si unus, §. pæn. & l. si accepto latum, ff. de accept. Capyc. decis. 154. num. 18. c. in dubiis, & c. quidam, & ibi gl. in ver. compellendos, de renun. Gom. questio 12. de infir. resig. & questio 101 & 31. de subro collig. & questio 40. de annal. poss. & quest. 29. de infir. resig. cap. ex transmiso, & c. admonet, eod. ut. Reb. de resig. condit. n. 29. ante perfectionem, ibi num. 21. Facit, quod quis non potest redire ad jus cui semel renunciavit, ca. periculofum 7. quest. 1. Gem. in cap. ut quis, notab. 7. de elect. libro 6. idem in cap. 2. ver. quero an sit verum, de renunc. libro 6. si renunciavit per se, vel per literam, & etiam si literæ nondum sunt præsentatae per procuratorem, sed ille à se abierit, quia perdidit possessionem, nec potest repetere. & citat. l. figura, ff. de actione, & obligat.

Decimò, quando beneficium resignatur cum conditione, ut conferatur allicui, an posset Ordinarius, in cuius manibus facta est dicta resignatio, conferre illud alteri, & non ei, in cuius favorem facta fuit resignatio? Affirmative respondet Staph. de lit. grat. fol. 119. num. 12. & Conc. loc. cit. num. 5.

Ad Quartum principale, Rebuff. loc.

cit. num. 36. & Innoc. in cap. ex insinuazione, de sim. dicit, posse fieri, primò coram summo Pontifice, secundò, coram Ordinario, sive eius Vicario, ad id pro testatem habente, in cuius Diœcesi est situm beneficium quod resignatur, & non in manibus habentis illius collationem ex privilegio, vel præscriptione, Staph. loc. cit. num. 120. & num. 14. & 19. Anch. in cap. unico, num. 2. de rer. permuat. libro 6. Similiter de permutationibus Glos. in Clem. unica, de rer. permuat. in ver. conferantur, & ibi Abb. num. 6. & Rebuff. in for. sign. grat. 1. p. super verba, etiam coram Notario publico, & coram testibus, licet nullus adsit Notarius, quia parem habent probationem testium, & instrumentorum, libro. in exercendis, C. de fide instrum. cap. cum Ioannes de fide instrum. Cov. præst. questio cap. 20. dec. Rot. 5. de offic. Vic. num. 4. in noviss. Felin. in dict. cap. num. 35. Tiraq, de utroque retract. §. 26. gl. 2. num. 10. ubi habet duos casus, quibus resignatio, licet sit invalida, tenet tamen quoad præiudicium resignantis, sed per istas resignaciones sic factas non causatur vacatio beneficii sic resignati, quounque per superiorem fuerit admissa, Staph. & Covar. loco citato, Vide Panorm. in cap. super, num. 4. de statu monach.

Ad quintum. Respondeatur quod sic, & valet resignatio, quia sola supplicatione acquiritur ius, & justificatur titulus, Aegid. decis. 112. cum aliis, de quibus Caputq. decis. 301. p. 3. Gom. questio 7. num. 6. de non judic. juxta for. supplic.

Ad sextum. Respondeatur, quoad pri-

marum partem, quod sic, & quoad secun-

dam

dam partem, quod non, durante ignorantia probabili, Navar. à simili in Com. de usur. questio 27. num. 118. vide in ver. simonia, §. 28. in noviss.

Ad septimum. Respondetur quod sic: Rebuff. in 3. p. sign. super verba, nec non iuris patronatus, nu. 41. & infra, & in tit. de pœnit. nu. 22. ver. 7. & nu. 31. & Staph. conf. 28. num. 4.

Ad octavum. Respondetur quod sic, conf. 30. de simonia. Navar.

RESIDENTIA.

Primò, vide multa quæ dixi in ver. prævatio, hoc solùm dicam, quod onus residentiae Episcoporum Suffraganeorum incumbit Metropolitano, & licet apertè non habeatur fac. Con. sess. 21. cap. 1. & sess. 23. c. 1. de refor. (quamvis possit ex his locis elici) tamen hoc clarè censuit sacr. Cong. declar. 113. in hæc verba, Metropolitani providere debent, ut provinciales eorum Episcopi, juxta decreta Concilii Trident. residenceant in eorum Ecclesiis, accessit alia declaratio ejusdem sac. Congreg. 493. in meis: Archiepiscopo Salernitano, ubi meminit hoc letiam fuisse commissum Nuncio Apostolico cumulativè, propter negligentiam, sive indulgentiam eorum, quorum interest, quam voluit Papa supplere per suum Nuncium.

Secundò, quot casibus quis excusat à residentia? Vide Selvam loco citato 4. par. questio 6. & Rebuff. pract. benefic. de dispensat. de non resid. per totum, & Abb. in repe. §. qui vero, cap. extirpanda, num. 13. de prabend. & Concil. Tri-

dent. loco cit. & Hostiens. in Sum. de offic. Vicar. §. & in quibus numero quarto.

Tertiò, Clericus, qui non potest habere licentiam à suo prælato, se ex iusta causa absentandi, potest adire superiorem prælati, & si periculum esset in mora, potest sine licentia se absenare, Abb. in cap. relatum, num. 6. de cler. non resid. vide in ver. studium. §. ... & in ver. recursus, num. 2.

Quartò, qui gaudeant perceptione fructuum beneficiorum in absentia. Dic quod servientes summo Pontifici, legatis in provincia, Archiepiscopis, quo ad clericos suæ Dicecisis, & non suorum Suffraganeorum, Episcopor. & Cardinalem familiares, Abb. in cap. cum dilectus, & in cap. ad audienciam, de cler. non resid.

Quintò, residentia novem mensum est necessaria Canonicis, & statutum in contrarium est irritum, & litemotæ, & causæ commissæ in Rota, vel alibi, cedatur quoad hoc: ita sacr. Congreg. declarat, 457. in meis.

Sextò, an excusat immemorabilis conuentudo à residentia, respondetur à sacr. Congreg. declarat, 463. in meis, in hæc verba: Sanctissimus Dominus noster, ex sententia Congregationis Concilii declaravit, immemorabilem consuetudinem non excusare à residentia in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis insignibus: in Collegiatis Cautem in signibus posse excusare, dum item sint rurales prorsus desituta, aut in quibus nunquam antea supra hominum memoriam solitum esset residere, aut causadeo tenues redditus essent, ut Canonicci alieni non habentes unde vivant, alere non possent.

Septimò,

